

Gloria Patri, et Filio, &c. In manus tuas, Domine, Commendo spiritum meum.

v. Custodi nos, Domine, ut pupillam oculi.

r. Sub umbrâ alarum tuarum protege nos.

Ant. Salva nos.

CANTIQUE DE S. SIMEON.

Luc. 1.

Nunc dimittis servum tuum Domine: secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei: Salutare tuum.

Quod parasti: ante faciem omnium populorum.

Lumen ad revelationem Gentium. et gloriam plebis tuæ Israël.

Gloria Patri, &c.

Ant. Salva nos, Domine, vigilantes; custodi nos dormientes, ut vigilemus; cum Christo, et requiescamus in pace.

ORAIISON.

Visita, quæsumus, Domine, habitationem istam, et omnes insidias inimici ab eâ longè repelle: Angeli tui sancti habitent in eâ, qui nos in pace custodiant, et benedictio tua sit super nos semper; Per Dominum, &c.